



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

63. Cum ad Apostolatus &c. SS.D.N.D. Benedicti Divina Providentia Papæ
XIII. Revocatio, & annullatio ordinationum contentarum in quibusdam foliis
Gallico idiomate impressis sub titulo: Mandement de ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

ANNO
1729.

tori, la Bolla di Pio IV. nostro Predecessore *de registrandis*, la Regola della nostra Cancellaria *de Jure quasito non tollendo*, e qualsiviano altre Costituzioni, & Ordinazioni Apostoliche nostre e de nostri Predecessori, benchè munite di Clausole anche derogatorie delle derogatorie, & altre più effrenate, inusitate, & irritanti, delle quali se ne ricercasse speciale individuazione, quali vogliamo, che si abbino qui registrate di parola in parola, Leggi Civili, Canoniche, Statuti, Riforme, Stili, Usi, Consuetudini, qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte, e singole avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e supplendo noi colla pienezza della nostra Potestà Apostolica ad ogni visio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione, ed effetto di quanto si esprime nel presente nostro Chirografo, ampiamente, ed espressamente deroghiamo. *Dato dal nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo dì 5. Settembre 1729.*

BENEDICTUS PP. XIII.

S O M M A R I O.

Vostra Santità si degna ordinare à Monsig. Negroni Tesoriere Generale, e Prefetto della Congregazione de Baroni, che senza far precedere veruna citazione, o altro atto giudiziale, faccia prontamente consegnare alli Ministri del Duca di Gravina unico capo dell'antica Famiglia Orsini tutte le Scritture spettanti à detta Famiglia già descritte per ordine di detta Congregazione de Baroni, esistenti tanto nel Palazzo del Duca Lanti Erede della fu Duchessa di Tremoille, sotto la custodia di due chiavi, quanto negl'Atti di essa Congregazione, con che detto Duca di Gravina, mediante il suo Agente, debba obligarsi di retinere in Roma le Scritture atinenti alla Computistria de' Duchi di Bracciano, e dare il comodo à qualunque Creditore, & interessato di poterle vedere, e riconoscere ad ogni loro arbitrio, con le riserve, deroghe, & altro; che più diffusamente si esprime nel presente Chirografo.

SS. D. N. D. BENEDICTI

Divina Providentia Papæ XIII.

LXIII.

Revocatio, & annullatio ordinationum contentarum in quibusdam foliis Gallico idiomate impressis sub titulo: *Mandement de Monseigneur l'Evêque d'Auxerre, qui défend de reciter l'Office imprimé sur une feuille volante, qui commence par ces mots: DIE XXV. Maij in Festo S. GREGORII VII. Papæ, & Confessoris. Donné à Regennes ce vingt-quatre Juillet Mil sept cens vingt-neuf: cum prohibitione eorumdem Foliorum.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM ad Apostolatus nostri notitiam pervenisset in vulgus circumferti quedam folia Gallico idiomate typis impressa sub titulo: *Mandement de Monseigneur l'Evêque d'Auxerre, qui défend de reciter l'Office imprimé sur une feuille volante, qui commence par ces mots: Die xxv. Maij in Festo S. Gregorii VII. Papæ, & Confessoris. Donné à Regennes ce vingt-quatre Juillet Mil Sept cens vingt-neuf: Nos quam*

plures ex Venerabilibus Fratibus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris ad illorum examen delegimus, qui post maturam eorumdem foliorum discussionem, quid sibi ea super re videretur, Nobis retulerunt. Auditis itaque memoratorum Cardinalium, & in Sacra Theologia Magistrorum Sententiis, de Apostolica potestatis plenitudine, Ordinationes in præfatis foliis contentas, nullas, inanes, invalidas, irritas, attentatas, nulliusque omnino roboris, & momenti esse, & perpetud fore tenore præsentium declaramus, & nihilominus ad majorem cautelam, & quatenus opus sit harum serie revocamus, cassamus, irritamus, annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumus, ac pro revocatis, cassatis, irritis, nullis, invalidis, & abolitis, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuis semper haberi volumus & mandamus; folia verò prædicta tam impressa, quam etiam manu scripta legi, seu retineri tenore pariter præsentium prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christi fidelibus etiam specifica & individuâ mentione & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quocumque, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino quoque interdiciamus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque folia hujusmodi penes se habuerint, illa statim, atque præsentibus literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi verò ea sibi sic tradita illis flammis aboleri curent: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eadem præsentibus literæ ad omnium notitiam facilius perveniant, nec quisquam illarum ignotantiam allegare possit, volumus etiam, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, & sic publicatæ omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent: Utque ipsarum præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris die XVII. Septembris MDCCXXIX. Pontificatus nostri Anno sexto.

F. Card. OLIVERIUS.

Anno à Nativitate D. N. JESU CHRISTI millesimo septingentesimo vigesimo nono die 17. Septembris, Indictione septima, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. BENEDICTI Divina Providentia Papæ XIII. Anno sexto supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curia generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Hieronymum Erbiam Apost. Cur. Antonius Pelliccia Mag. Curl.

ANNO
1729.

Qua

ANNO
1729.

LXIV.

Qua depositarii, arcarii, custodes, subcustodes, exactores, rationarii, computorum scriptores, alique officiales & ministri aris publici & particularis, rem & pecuniam alienam, sibi creditam & depositam, usurpantes, ac damno publico & privato fraudantes, vel usurpari & fraudari scientes, tanquam infames, ac veri fures & latrones, debitis pœnis ultimi supplicii tam in Urbe, quam in toto statu ecclesiastico, lege lata subjiciuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

I.
Alieni aris & pignorum depositarii & ministri in privatum publicum & damnum fide sibi data abutentes.

Jamdudum non sine ingenti dolore aures nostras perturbat frequens rumor de nonnullis in hac alma Urbe nostra alieni aris & pignorum depositariis, arcariis, custodibus, subcustodibus, exactoribus, rationariis & computorum scriptoribus, aliisque hujus generis officialibus & ministris, qui fide sibi data, sui que muneris commodo nefarie abutentes, ut voluptatibus, aliisque execrandis male agendi occasionebus, causisque, improbe obtemperarent, vitiiisque alacrius & liberius indulgerent, rem ac pecuniam sibi creditam & depositam, inque arca servatam, pro arbitrio usurpantes, pignora apud se custodita iterum oppigneraverint: quod non solum in Camera nostra Apostolica, sed in Montis Pietatis, & publicarum ad nummularios pertinentium mensarum, ceterorumque locorum, & porum operum damnum longe gravissimum redundavit, propterea quod infames & fraudulentum hujusmodi officiales, qui rem suam decoxerant, omnino impares essent integrandis & restituendis pecuniis, quas ipsi, proprio vel alieno commodo inservientes, antea pessumdedissent, scientibus, & de compacto cum iis participantibus, doloque operam suam conferentibus rationariis, computorum scriptoribus, subscriptoribus aliisque earundem mensarum, & locorum piorum ministris & officialibus.

II.
Ut actionem criminalem declinent, falsos pretextus obtrudunt.

Nobis etiam innotuit, jandictos officiales, maximæ suæ temeritati confisos, ut actionem criminalem vaferrime declinarent, vel saltem sua crimina callide palliarent seque justis pœnis, in quas incurrisissent, prava arte subducerent, per multos speciosos, & omnino falsos pretextus excogitasse, quibus judicium impedirent, pœnasque effugerent, quas ob suas culpas se mereri, optime ipsi agnoscebant.

III.
Justum in eos iudicium pro mulgatur.

Nos propterea, quibus ex pastoralis officio, humilitati nostræ divinitus injuncto, maxime incumbit invigilare & sollicite providere, ne hujusmodi crimina impune committantur; opportunum & necessarium duximus his de rebus sententiam exquirere a nobis speciatim indictæ particularis Congregationis nonnullorum hujus nostræ Curie Romanæ præsulum, multa rerum cognitione, integritate & doctrina præstantium, quorum, sæpenumero coram dilecto filio nostro Hannibale Tituli sancti Clementis Presbytero Cardinali, & S. R. E. Camerario congregatorum, suffragiis ad nos accuratè perlatis, undequaque inhaerentes, in ejusmodi fraudulentos ministros acriter insurgendo, ipsumque juris rigorem etiam acriorem efficiendo, justum in eos iudicium promulgare decrevimus.

IV.
Juxta Constitutionem sancti Pii V. tanquam fures & latrones, ultimo supplicio puniantur.

Nos ergo vestigiis decessoris nostri Pii Papæ V. insistentes, qui præ ceteris in sua Constitutione incipiente: *Postquam*, Kalendis Novembribus anni millesimi quingentesimi septuagesimi in lucem edita, decoctores, luxuriosè viventes, propriisque absumtis substantiis, aliena appetentes, qui variis coloribus grande æs alienum,

spe restitutionis faciendæ extorquentes, proximo suo illudunt, ceu veros fures & latrones, ultimo supplicio puniendos mandavit, hac nostra perpetuo observanda Constitutione in quoscumque hujus generis delinquentes partibus quoque pœnis, tanquam in veros fures & latrones, animadvertendum esse decernimus, idque effectu ipso omnino fieri volumus & mandamus.

Itaque statuimus & jubemus, ne ullus ex depositariis, vel arcariis aris publici Camera nostræ Apostolicæ, & præsertim depositariæ generalis, vestigialium generalium & particularium, utriusque Annonæ, frumentariæ Urbanæ, Montis, que Pietatis, ac mensæ sancti Spiritus, & Datarie Apostolicæ, summam quantalamecumque ejusmodi aris & pecuniarum in suum, vel alienum commodum quovis modo convertere unquam possit, inque usum ab eo diversum transferre, ad quem generatim in iisdem locis, tanquam sub tuta & fideli custodia, servantur; ita ut si aliquis ex jandictis depositariis & arcariis hanc legem nostram quomodocumque prævaricatus, eandem pecuniam in usum & commodum proprium vel alienum convertere ausus fuerit, tanquam reprobis, & infidelis minister, interque infames, & rei publicæ proditores connumerandus, damnari & puniri possit ac debeat, ut gravissimi furti & latrocinii reus, secundum leges communes, & Romanæ Urbis; statulque ecclesiastici edicta, contra latrones jam promulgata, ratione habita pecuniarum, quas in suum vel alienum usum & commodum clam & furtive converterit: idque ad easdem regulas in iisdem edictis etiam in furto magno præscriptas fieri debet; quotiescumque tamen Camera nostra Apostolica, vel quispiam ex locis piis, ac mensis supradictis, & quilibet Dominus, ac creditor pecuniæ vel rei depositæ; damnum subisse comperitus fuerit. Ubi vero nullum damnum illatum inde fuerit; nihilominus jandicti depositarii & arcarii, inter infames habendi, ob culpam infidelitatis duplicata pœna pecuniaria summa, quam in suum vel alienum commodum converterint, puniri debeant. Sed præterea pœnis etiam corporalibus, gravibus & gravissimis, arbitrio judicum cumulate plectantur, ratione habita qualitatis & circumstantiarum singulorum casuum & factorum, quas deprehendi contigerit.

Similiter volumus, decernimus & jubemus, ne computorum & rationum scriptores Montis Pietatis, & mensæ sancti Spiritus recipere, aut recipiendum, & solvendum curare, vel facere possint quodcumque mandatum vel scriptum illorum, qui nullas pecunias re ipsa ibidem depositas, vel servatas habuerint. Si autem habuerint, eadem mandata & scripta recipi, & solvi possint pro ea tantum summa, qua deposita ibidem extiterit. Quod si jandicti computorum scriptores, & rationarii contrafecerint, tunc in eos procedi possit & debeat pœnis a nobis in arcarios & depositarios statutis.

Præterea sancimus & declaramus, hæc, qua a nobis lata lege disponuntur, in eos pariter locum habere, qui auxiliatores, cooperatores, & quocumque alio modo conscii, complices ac participes infidelitatis eorundem arcariorum & depositariorum extiterint: qui quidem conscii & complices ac participes, secundum suam complicitatem & participationem in singulis factis & casibus, iisdem pœnis omnino puniri debeant, quibus puniendi essent, vel punirentur præcipue & principales rei eadem forma, qua statuta reperitur in publicis edictis superius memoratis, contra reos cooperatores, auxiliatores, complices & participes olim vulgatis.

ANNO
1729.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

LXIV.

Fff

Quia